Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

hoc non reprehendunt. Si quis etiam quod de uestimentis suis sarcire uult
uel lectum sibi sternere tunc potest facere. In vigiliis natiuitatis domini et annunciationis
ipsi pro petenda uenia capitulo fratrum intersunt. et dicto a priore. loquimini
de ordine. redeunt. Et si magne estimationis hospites pro fraternitate
suscipienda illuc aliquando sunt ducendi. propter eos aduocantur in fine capituli.
et per quam hospites si tamen sunt clerici uel laici inde deducuntur. in
cepta psalmodia. Uerba mea. ipsi cum conuentu egrediuntur. Quod si non
erit quando postquam capitulum audiunt uel pulsationem ad officium de
functorum. uel ad psalmum. [illegible] Uerba mea. quod interdum fieri solet pro
aliquo defuncto. mox [illegible] in conuentum omnes ueniunt. Si autem
est in quadragesima. in illis precipue [illegible] diebus quando silentium in claustro obserua
tur. tunc conuentui postquam finito capitulo ad lectionem sedit iunguntur. Et si
est festum. xii. lectionum. quando post capitulum cum psalmis Uerba mea in ma
iorem ecclesiam tenent. et consequitur. xxx. psalmi sunt canendi. tunc ante quam in
cipiant idem psalmi. Et si ad presens aliquis nouitius ad est qui infra tres dies
ad conuersionem uenit. eum magister eius post cantatos decem psalmos ad
instruendum educere potest. Si uero dies silentii de quo predictum est tunc instat.
hic talis magistrum aliis abeuntibus ab eo prope iussus in cella ex
pectat. In omni tempore loquendi conuentui intersunt. non quando captura
eis ablata sit. Sparsim mixti inter fratres locuntur. frater cum nouitio loqui non
prohibetur. In. xii. autem lectionibus post capitulum expectant magistrum uel ad
iutorem suum denuo docendi. si est in minoribus festis. donec audiant
signum ad terciam. Si uero est dominica in qua albis non sunt uestiendi. usque ad asper
sionem aque benedicte. si autem sunt uestiendi. usque post euangelium maioris misse.
Si si in his post capitulum Uerba mea. uel officium defunctorum cum pulsatione
sequitur. post eius expletionem tunc pro instructione redeunt. Quod si est fes
tum in quo ad nocturnos quatuor solet cantari Venite exultemus. mox post
capitulum facere eos ad ecclesiam ire. excepto si aliquis nouitius uenientes ue
lit docere. Si uero ad officium defunctorum uel ad Uerba mea capitulum pul
satio tunc sequi debet. nullus eorum ibi remanet. Qui nouitius ad conuersi
onem uenit. alicui bene exercitato commendatur. qui ubicumque potest
eius curam gerat. et in ecclesia iuxta eum orationem faciat. Per omne tempus
quo in eadem cella consistunt. excepto cum autem die professionis sue
absque capitiis incedunt. quicumque inter eos idonei ad hoc uidentur. cus
todi ecclesie. uel refectorario adiutores a priore deputantur. sic tamen absque
eius permissu sacerdotes ad celebrandas missas adiuuare possunt. Ad coqui
nam et lumen in ecclesia deportandum ab armario cum aliis notantur. nam